

appellat *idolatriam*. Postremò quicquid tunc inter illos Episcopos Cypr. Ep. gestum est, etiam si forte ab aliquibus eorum sciebatur, si non sit acceptio ad Anton. personarum, nunc ab omnibus ignoratur. Cur ergo nunc ab omnibus 52. aliae lib. 4.2. pax amatur? Hæc facillime cogitare possetis, aut fortasse etiam cogitatis. Ad Eph. 5. Sed melius erat, ut amaretis possessiones terrenas, quas timendo perdere 5. cognitæ veritati consentiretis, quām ut amaretis vanissimam hominum Ad Colos. gloriam, quam vos putatis perdere, si cognitæ veritati consenseritis. Vi- 3.5. des itaq; jam, [ut opinor;] non esse considerandum, quod quisq; cogitur; 23. q. 6. c. sed quale sit illud, quod cogitur; utrum bonū, an malum: non quo quisq; Godes. 3. bonus possit esse invitus: sed timendo, quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignoratam compellitur cognoscere ve- ritatem, ut timens, vel respuat falsum, de quo contendebat, vel quærat verum, quod nesciebat, & volens teneat jam, quod nolebat. Superfluo hoc fortasse diceretur quibuslibet verbis, si non tam multis ostenderetur exemplis. Non illos aut illos homines; sed multas civitates videmus fuisse Donatistas, nunc esse catholicas, detestari vehementer diabolicam separationem, diligere ardenter unitatem: quæ tamen timoris hujus, qui tibi displicet, occasionibus catholicæ factæ sunt, per leges Imperato- rum, à Constantino, apud quem primum vestri ultro Cæcilianum accusaverunt, usque ad præsentes Imperatores, qui iudicium illius, quem vestri elegerunt, quem judicibus Episcopis prætulerunt, justissimè contra vos custodiendum esse decernunt. His ergo exemplis à collegis meis mihi propositis cessi. Nam mea primitus sententia erat, neminem ad V. Ep. 127. unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pu- C 159. gnandum, ratione vincendū; ne fictos catholicos haberemus, quos aper- Thom. 2. tos hæreticos noveramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium 2. q. 10. 4. 1. ad 1. verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur civitas mea, quæ cùm tota esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore legum Imperialium conversa est, quam nunc vide- mus ita hujus vestræ animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur: Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur: ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est: *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.* Quām Prog. 9. 9. multi enim, [quod certò scimus;] jam volebant esse catholici, manife- 175. stissimâ veritate commoti, & offendionem suorum reverendo quotidie differebant! Quām multos, non veritas, [in qua nunquam præsumsi- stis;] sed obduratae consuetudinis grave vinculum colligabat, ut in eis compleretur divina illa sententia: *Verbis non emendabitur servus dñi us: si Prog. 29. enim & intellexerit, non obediet.* Quām multi propterea putabant ve- ram Ecclesiam esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam catholi- cam veritatem securitas torpidos, fastidiosos pigrosque faciebat! Quām multis